

à Paratonij ferme regiõe ad Syrtin vsq; maiorẽ por  
 resti. Post eos Ararauces, & iam in ora Syrtis Na  
 samones, quos antea Mesammones Græci appellaue  
 re ab argumento loci, medios inter harenas sitos. Cy  
 renaicus ager xv. M. pas. latitudine à littore, & arbo  
 ribus fertilis habetur. Intus eodẽ spatio frugibus tan  
 tum: mox xxx. M. pass. latitudine, & ccl. M. pass. lon  
 gitudine, lasere modo. Post Nasamones Hasbitæ &  
 Macæ viuunt. Ultra eos Hammanientes xi. dierum  
 itinere à Syrtibus maioribus ad occidentem, & ipsi  
 quaquã versus harenis circumdati: puteos tamẽ hand  
 difficiles binum fere cubitorum inueniunt altitudine,  
 ibi reslagnãtibz Mauritanã aquis. Domos sale mon  
 tibz suis exciso ceu lapide cõstruunt. Ab his ad Tro  
 glodytas hyberni occasus plaga dierum iij. iter, cum  
 quibus cõmerciũ gẽmã tantum, quã carbunculum  
 vocamus ex Aethiopia uectã. Interuenit ad solitudi  
 nes Africæ supra minorẽ Syrtin dictas uersa Phasa  
 nia, ubi gentẽ Phasianiorũ, vrbesq; Alelen et Cilla  
 bã subegimus. Itẽ Cydamum è regione Sabratã. Ab  
 his mons lōgo spatio in occasum ab ortu tendit, Ater  
 nostris dictus à natura, adusto similis, aut solis reper  
 cussu accenso. Ultra eum deserta: Matelge oppidum  
 Garamantũ: itemq; Debris, affuso fonte, à medio die  
 ad mediam noctẽ aquis feruentibus, totidemq; horis  
 ad medium diem rigentibus: clarissimũq; oppidum  
 Garama caput Garamantum: oĩa armis Ro. superata,  
 et à Cornelio Balbo triumphata, vnius oĩum externo  
 curru & Quiritium iure donato: quippe Gadibus na  
 to ciuitas Ro. cum Balbo maiore patruo data est. Et  
 hoc mirũ, supradicta oppida ab eo capta, autores no  
 stros prodidisse. Ipsum in triumpho præter Cydamũ  
 et Garamam, oĩum aliarum gentium urbiumq; noĩa  
 ac simulacra duxisse. quæ iere hoc ordine: Tabidium  
 oppidum, Niteris natio, Negligemela oppidum, Bu  
 beium natio, uel oppidũ, Enipi natio, Thuben oppidũ,  
 mons noĩe Niger: Nitibrum, Rapsa, oppida: Discera  
 natio, Debris oppidum, flumen Nathabur, Tapsagũ  
 oppidum, Namagi natio, Boim oppidum, Pege oppi  
 dum, flumen Dasibari. Mox oppida cõtina, Baracũ,  
 Buluba, Alasi, Balsa, Galla, Maxala, Zizama. Mons  
 Gyri, in quo gẽmas nasci titulus præcessit. Ad Gara  
 mantas iter inexplicabile adhuc fuit, latronibus gen  
 tis eius, puteos (qui sunt non alte fodiendi, si locorum  
 notitia adsit) harenis operientibus. Proximo bello,  
 quod cum Oecensibus gessere inijtys Vespasiani Impe  
 ratoris, compendium viæ quatruidi deprehẽsum est.  
 hoc iter vocatur, præter caput saxi. Finis Cyrenaicus  
 Catabathmos appellatur, oppidum & vallis repente  
 conuexa. Ad eum terminũ Cyrenaica Africa à Syrti  
 minore decies centena lx. M. pass. in longitudine pa  
 tet: in latitudine qua cognitum est dccc.

Lybia Mareotis.

CAP. VI.

**E**A quæ sequitur regio, Mareotis Libya appella  
 tur, Aegypto cõtèrmina. Tenet Marmarides,  
 Adirmachidæ, dein Mareotæ: Mẽsura à Cata

bathmo ad Paratonium lxxxvi. M. pass. In eo tractu  
 vicus Apis interest, nobilis regione Aegypti locus.  
 Ab eo Paratonium xij. M. pas. Inde Alexandria. c. M.  
 pas. latitudo clxix. est. Eratosthenes à Cyrenis Alexã  
 driam terrestri itinere d. ccv. M. prodidit. Agrippa  
 totius Africa à mari Atlantico cum inferiore Aegy  
 pto xxx. xl. M. pas. longitudinem. Polybius & Erato  
 sthenes diligentissimi existimati, ab oceano ad Cartha  
 ginem magnam xvi. M. pas. ab ea Canopum Nili pro  
 ximum ostium xvi. M. pass. xxix. fecerunt: Isidorus à  
 Tingi Canopum xxxv. xcix. M. pass. Artemidorus  
 xl. minus, quàm Isidorus.

Insulæ circa Africam, & ex aduerso  
 Africæ.

CAP. VII.

**I**Nsulas non ita multas complectitur hæc maria.  
 Clarissima est Meninx, longitudine xxxv. M. pass.  
 latitudine xxv. ab Eratosthene Lotophagitis ap  
 pellata. Oppida habet duo, Meningen ab Africæ late  
 re, & altero Thoar, ipsa à dextro Syrtis minoris pro  
 montorio passibus cc. sita. Ab ea c. M. pas. contra læ  
 uum Cercina cum urbe eiusdem nominis libera, lōga  
 xxv. M. pass. lata dimidium eius ubi plurimum, ac in  
 extremo non plus v. M. pass. Huic perparua Cartha  
 ginem uersus Cercinitis ponte iungitur. Ab his l. M.  
 fere pass. Lopadusa, longa vi. M. pass. Mox Gaulos &  
 Galata, cuius terra scorpionẽ dirum animal Africa  
 necat. Dicuntur & in Clupea emori, cuius ex aduerso  
 Cosyra: cum oppido. At contra Carthaginis sinum  
 duo Aegimori à re, scopuli verius quàm insulæ inter  
 Siciliam maxime & Sardiniam. Autores sunt, et has  
 quondam habitatas subsedisse. Interiori autem am  
 bitu Africæ ad meridiem uersus, superq; Getulos in  
 teruenientibus desertis, primi omnium Libyægyptij,  
 deinde Leucæthiopes habitant.

Aethiopes.

CAP. VIII.

**V**per eos Athiopum gentes Nigrita, à quo di  
 ctum est flumine: Gymnetes, Pharusi, & iã ocea  
 nũ attingentes, quos in Mauritania sine diximus,  
 Perorsi. Ab his oĩbus vasta solitudines orientẽ ver  
 sus, vsq; Garamantes, Augylasq; et Troglodytas: ue  
 rissima opinione eorum, qui desertis Africæ duas Aethi  
 opias superponunt, & ante oēs Homeri, qui biper  
 titos tradit Athiopus, ad oriẽtem occasumq; uersos,  
 Nigri flumio eadem natura quæ Nilo, calamũ & pa  
 pyrum, & easdem gignit animantes, iisdemq; tẽpori  
 bus augetur. Oritur inter Tareleos Aethiopus, &  
 Occalicas. Horũ oppidũ Mauin quidam solitudinibus  
 interposuerunt. Atlantas iuxta eos, Aegipanas semi  
 feros, & Blemmyas, & Gamphasantas, & Satyros,  
 & Himantopodas. Atlantes degeneres sunt humani  
 ritus, si credimus. Nam neq; noĩum ullorũ inter eos  
 appellatio est, & solem orientẽ occidẽtemq; dira im  
 precatione contuentur, vt exitiale ipsi agrisq; : neq;  
 insomnia uisunt, qualia reliqui mortales. Troglodita  
 specus excauit. Hæ illis domus, victus serpẽtium car  
 nes, stridorq; nõ uox: adeo sermonis cõmercio carent.

e Garam

\*Oecensibus  
 Romani  
 gessere au  
 spicijs Ve  
 spaf.

\* uersus